

profitetur<sup>a</sup>? Dicit<sup>b</sup> ei praeses: 'Floriane<sup>c</sup>, ut quid ista<sup>d</sup> de te dicuntur? Veni<sup>e</sup>, sacrificia diis, sicut et<sup>f</sup> ego vel con-militones tui, ut vivas nobiscum et non cum contemptori-bus<sup>g</sup> puniaris secundum praecepta<sup>h</sup> imperatorum'. Beatus<sup>i</sup>  
P. Iren. Florianus respondit: 'Hoc ego non sum facturus; quod<sup>k</sup> autem tibi praeceptum est, exerce'.

(5). Tunc praeses, commotus<sup>a</sup> in iram, vim ei inferri praecepit, ut invitus sacrificaret. Beatus autem<sup>b</sup> Florianus  
cf. Act. 2, 14. elevavit<sup>c</sup> vocem suam ad<sup>d</sup> Dominum et dixit: 'Domine Deus meus, in te speravi et te denegare non possum, sed tibi milito et tibi offero sacrificium laudis. Protegat me dextera tua, quoniam<sup>e</sup> benedictum est<sup>f</sup> nomen tuum in  
cf. Tob. 3, 13. caelo et in terra. Domine, da mihi tolerandi virtutem et<sup>f</sup> suscipe me inter<sup>g</sup> sanctus<sup>h</sup> atletas tuos, qui ante me<sup>i</sup> confessi<sup>k</sup> sunt nomen sanctum tuum<sup>l</sup>; indue me, Domine, stolam<sup>m</sup> candidam virtutis tuae<sup>n</sup> et in<sup>o</sup> Spiritum sanctum tuum confirma me. Et<sup>p</sup> ne permittas me conculcari a<sup>q</sup> diabolo, sed esto mihi dux in<sup>r</sup> viam iustitiae et<sup>s</sup> in virtutem<sup>t</sup> tuam confirma<sup>u</sup> me, ut te laudem et tibi hym-num dicam, quia<sup>v</sup> tu es benedictus in secula seculorum<sup>w</sup>. Amen'.

(6). Aquilinus autem praeses<sup>a</sup> haec audiens, inrisit eum et<sup>b</sup> dixit: 'Ut<sup>c</sup> quid insipienter loqueris et inrides<sup>d</sup> praecepta regum? Sacrifica<sup>e</sup> diis'. Beatus<sup>f</sup> Florianus re-spondit: 'Et quando humanam militiam exercebam, ad-

---

Cap. 4. a) *ita A 1c cum rell.*; fatetur *A 1a. b*; confitetur *A 2a. b*) *ita recte A 1a. b. c* (v. p. 389 l. 14); Praeses dixit ad eum (ad eum *om. A 2a*) *rell.* c) *Florianae A 2a.* d) *isti A 2a.* e) *et add. A 3. 4a. b.* f) *om. A 2a. b.* g) *temptatoribus pr. m. A 2a.* h) *praeceptum A 3. 4a. b.* i) *om. A 1a. b.* k) *ita rell. cum P. Ir.*; quicquid *A 1a. b.*

Cap. 5. a) *ita A 1a. b. c (ubi c. ira)*; c. *ira furoris, om.* vim ei i. *rell.* b) *om. A 1c. 2a. 3.* c) *ita A 1a. b. c*; levavit *rell.* d) *ita A 1a. b. c*; ad D. *om. rell.* e) *ita A 1a. b. c*; quia *rell.* f) *ita A 1a. b. c*; *om. rell.* g) *ad A 3. 4a. b.* h) *ita pr. m. A 1a. 2a (?)*; sanctos *rell.* i) *om. A 2a.* k) *ita A 1b. c. 2a. b*; confessi *pr. m. A 1a*; conversi sunt et confessi n. *A 3. 4a. b.* l) *et add. A 1a. b*; *om. rell.* m) *ita A 1a. b. c*; stola candida *rell.* n) *om. A 1a. b. c.* o) *ita A 1a. 2a (cf. l. 18)*; et Spiritu sancto tuo (t. *om. A 1c*) c. me *A 1b. c*; et Spiritum s. t. (t. *om. A 4a*) c. in me *A 3. 4a. b.* p) *Et — confirma me per homoteleuton om. A 2a.* q) *ita rell.*; ab iniquo d. *A 1a. b.* r) *ita A 1a. b*; in via *A 1c*; haec *om. A 3. 4a. b*; hiant *A 2a. b.* s) *mcae pro et A 1a*; et *om. A 1c.* t) *ita A 1a*; virtute tua *rell.* u) c. me *om. A 1a. b. c.* v) *ita rell.*; qui es *A 1a. b. c.* w) *ita A 1a. b. c*; *om. rell.*

Cap. 6. a) *ita A 1a. b. 2a. b*; praefectus *A 3. 4a. b.* b) *ita A 1a. b. c*; (et *om.*) dicens *rell.* c) *ita rell. (cf. l. 1)*; Quid sic i. *A 1a. b. c.* d) *inridis pr. m. A 2a.* e) *ita A 1a. b. c*; S. d. *om. rell. (cf. l. 2).* f) *om. A 1a. b.*